



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

An consuetudo recepta inter aliquos mercatores ratione lucri cessantis
pluris vendentes ad creditum, quam de præsentis eos possit excusare, & de
pretiis rerum vendibilium etiam si sub bastatione ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

pecunias in nūdas important, & emptis mercibus suo proprio sufficientibus, reliquas pecunias pro interesse mutant: quia nullum interesse verum prætere possunt. Ita Nauacrus qui pollicetur se dicturum postea an qui suas, vel aliorum grandes pecuniarum summas aliis, atque aliis tradunt in vnis nundinis soluendas in aliis cum aliquo lucro aliqua ratione defendi possint.

¶ Igitur ad argumenta in contra respondetur. Ad primum dicitur, quod quando inductus charitate mutuat quis licet voluntariè mutuet, potest pacisci de lucro cessante, quia non propria utilitas principaliter abstrahit eum à negotiatione, sed charitas, & indigentia proximi, cui non tenetur subuenire cum sua iactura.

¶ Ad secundum respondetur quod triticum terræ mādatur, quia vt sic est frugiferum, vt sic potest dominus illud offerre sponte pro maiori pretio: sed pecunia etiam exposita negotiationi ex qua adhuc nō sunt emptæ merces frugiferæ per solam voluntariam abstractionem à negotiatione desinit esse frugifera. At voluntariè videtur abstrahere eam à negotiatione, qui non rogatus sponte eam offert ad mutuum idē non potest pro ea tunc exigere lucrum, sed cum rogatur videtur quod alias nisi rogaretur nollet abstrahere, nisi charitate ad id moueretur, vel ex indigentia proximi.

¶ An consuetudo recepta inter aliquos mercatores ratione lucris cessantis pluris vendentes ad creditum, quam de presenti eos possit excusare, & de pretiis rerum vendibilium etiam si sub habitatione vendantur.

C A P. LXIII.

Iam ex præcedenti quæstione de lucro cessante decisa, Q. 1. alia emergunt quæstiones & primum illa necessaria & facta dignissima, vtum consuetudo inter multos mercatores recepta, sit licita, & tolerabilis, ex qua. v. g. soliti sunt vendere merces maiori pretio ad creditum, quam si vendant statim de presenti numerata pecunia, vt v. g. emptori statim soluenti vendunt talem mercem pro 10. quā ementi ad creditum vendunt pro 13. aut. 14. Et videtur quod hoc non sit omninō abominandum, quia alias durissimum

riſſimum videtur damnare plerofque mercatorū ſic contrahentium, eſſetque intolerabile reprobare contractum alioquin rei publicæ vilem, tam frequentem, & celeberrimū uſūque receptum. Et quia alias ſi hoc non liceret ceſſant pro magna parte, vel in totū negociationes, & nundinæ.

¶ Et ſecundò arguitur, quia videtur quod talis contractus ratione lucri ceſſantis poſſit ſuſtineri, quia iſte mercator vendens ad creditum, quia expectat ſolutionem ad inſtantiam emptoris nolentis ſtatim ſolvere deſinit lucrari cum pecunia, quam alius emptor pro eiſdem mercibus ſibi numeraret, ergo.

¶ Et tertio arguitur, quia à moroſo debitore, & petenti à me dilationem poſſum exigere lucrum ceſſans ſi ex dilatione mihi ceſſet, ſed ex dilatione, quia emptor ad creditum non ſtatim ſolvit: ſequitur lucrum ceſſans, ergo poſteſt venditor illud exigere.

¶ Et confirmatur, quia ſi mercator vendens ad creditum pro decem, venderet merces ſicut valent de præſenti: & ſi poſtquam emptor ſolvit iſta decem, peteret illa 10. ſibi mutuo dari, poſſet pro illis 10. mutuatis ratione lucri ceſſantis, quia negotiaturus erat cum eis petere ultra 10. tres, ſed dilatio ſolutionis eſt veluti mutuatio pretij, quod ſtatim erat ſoluendum, quia merces ſtatim ſunt traditæ, ergo ſi extunc merces incipiunt eſſe viles emptori, etiam extunc pretium debet eſſe utile venditori, ergo quia virtualiter mutat pretium, quo ſtatim deberet vti, & negotiari, poſteſt ultra iuſtum pretiū de præſenti quod mutat, & concedit, aliquid venditor ad creditum accipere, quia id accipitur, quia conceditur dilatio ſolutionis pretij quæ veluti quædam mutuatio eſt.

¶ Item ultimo arguitur, quia merx quo plures inveniunt emptores, eò magis creſcit iuſtè in pretio, quia copia emptorum adauget merces pretium, ſicut raritas emptorum illud minuit. At ex quo mercatores vident ad creditum: maior occurrit copia emptorum, ergo auctiori pretio poſſunt vendere ad creditum, quam de præſenti. Propter hæc argumenta vt refert Sylueſt. a quidam Raphael Parnafius hanc conſuetudinem mercatorum vendentium pluris ad creditum, quam numerata pecunia approbant. Sed tamen opinio iſtius eſt falſa, & periculofa, & contra

a Sylueſt.
tit. Vſura.
2 § I.

contra

communem doctrinam doctorum, vt ibi tradit Syluest. ^b Cordub. ^b ubi hanc eandem ex b Cordub. ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 cui subscribit F. Antonius Cordub. ^b ubi hanc eandem ex b Cordub. ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 citat quæstionem. ¶ Igitur pro expeditione quæstionis ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 tria sunt fundamenta notatu necessaria præiacienda, quæ ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 conducent ad multos casus perplexos mercatorum dis- ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 solvendo. ¶ Primum ergo fundamentum est quod præ- ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 tia rerum sæpe sæpius non possumus punctualiter attingere. Patet quia non consistunt in indiuisibili, atque ideo ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 duplex differentia præij forensis assignari solet, scilicet ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 rigidum, medium, & infimum, quia in communi foro cō- ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 tingit inueniri triticum æque bonum venale hîc ad 9. ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 illic ad 9. & dimidium, illic ad 10. & omnia hæc pretia in- ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 uenta de præsentis censentur iusta, quia 9. est pretium in- ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 fimum, sed nouem & dimidium est pretium medium, at ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 10. est rigor osum.

¶ Secundum vero fundamentum sit quando pretium ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 mercium communiter venalium per legem, vel Pragma- ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 ticam non est prætaxatū, tunc ex estimatione virorū pru- ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 dentium expertorum, & timoratae conscientia existimā- ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 dū est in quibusuis contractibus, qui pensatis mercū qua- ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 litate, & conditione, laboribus, periculis, & sumptibus, & ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 industria quibus mercatores circa eas negociando infir- ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 munt indigentia Reipublicæ de eis prouidendo, solent ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 pretiū rationabile existimare, & arbitrari, quia variatis istis ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 circumstantiis simul cum copia, vel penuria mercium so- ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 let iuste variari, & debet diuersificari, & pretium, prædi- ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 ctorum arbitrio, sed non arbitrio venditorum, quia nemo ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 est satis æquus iudex in propria causa, & ita aliquando ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 erit maius, aliquando minus pretium iuxta variationem ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 istarum circumstantiarum.

¶ Tertiò denique fundamentū est, quòd quando mer- ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 ces ueniunt de præsentis statim pecunia numerata, earū ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 pretiū extimari debet pretio communiter currētis de præ- ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 senti in uenditionis loco, & traditionis earum tēpore, in- ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 ter viros timoratae conscientia. Patet hoc, quia à tempore ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 quo merces traduntur emptori, vel ei ascribuntur vt suæ, ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 ac per consequens periculo eius manent, incipiūt empto- ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 ri esse viles, ac pro ipso fructificare, ergo secundū quod ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 merces valent cōmuniter pro tunc numerata pecunia in- ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 ter viros timoratae conscientia debent vendi, & taxari ^{in tract. de} ^{casib | cōsi.} ^{q. 84.}
 etiam

etiam ad ereditum. Talēque pretium erit iustum.

¶ Ex prædictis autē tribus fundamentis sequitur hæc duo satis animaduertēda. corollaria quorum primum est pretiū iustū mercium expectantiū emptores nō debet ardi, nec regulari ex pretio, quo merces, vel res egentium, & peregrinorū solent vendi sub hastatione, vel quaritando emptores, vtrōq; eas offerēdo in plateis, & nundinis, neque ex pretio quo proxeneta, & reuenditores, qui ad creditū eas emerūt, vt creditoribus suis faciāt satis, ex necessitate constringūtur eas exponere & offerre venales, quia huiusmodi modus vendendi, has merces viliores cōmuniter facit. Quia iuxta axioma cōmunes merces vtronez vilescunt. Sed pretiū iustū vt diximus sumitur ex abundantia, vel raritate mercium, & emptorū, quia penuria mercium, & copia emptorū solet augere pretiū. Sicut è cōtra copia earū, paucitasq; emptorū earū pretiū solet iuste extenuare.

¶ Secundum corollarium ex prædictis innatum est, scilicet quod vt iustum sit pretium mercium non est regulandum semper taliter vt sit cum aliquo lucro pensatis mercium sumptibus, & laboribus, quia fallax est regula mercator semper tanti velit suas merces vendere, quantum sibi constant sui labores, & sumptus suarū mercium cum aliquo lucro, sed potius tenetur se conformare pretio fortis communitè currenti siue inde sibi pariat lucrū, siue plus, vel minus perdat, quia hæc est alea fortis & fortunæ mercatorum, quod dum negotiantur debent vtrique sorti succurrere lucrandi, ira & perdendi se exponere, iuxta temporum, & circumstantiarum prædictarum varietatem. Vnde fallacissima regula est vt ait Sorus si semper quanto emittit pretio, & quantum periculi, & laboris subiuit, tantum velit vendere. ¶ Verum tamen animaduersione dignum est quod quando communitè negotiatores nihil, vel parum ex sua negotiatione lucrifaciunt: nonnullum argumentum est eos minoris iusto pretio suas vendere merces, atque posse tunc ascendere in pretio vsque ad iustum pretium, quia non tenetur mercator cum iactura sua inservire reipublicæ nisi per pragmaticam taxatum sit eis pretium, quia tunc id pretium censetur esse iustum, & conueniens reipublicæ, quare mercatores aut omittant officium aut illud seruent, aut recurrant ad principem admodum

*c. ff. ad Tre
bel. l. 1. §. si
heres. ff. ad
l. Falcid. l.
querebatur.
ff. de
furtis. l. si
quis vxor.
§. vii.*

admonentes eum ex sua iactura, vt reuocans pragmaticam auctius concedat pretium conueniens.

¶ Aduertit autē Cordub. ^d quod & admonuit Metina quod etiā si per pragmaticā pretiū prætaxatum sit mercium, si tales merces in cōmuni foro cōmuniter minori pretio, quā taxa pragmaticæ cōcessit veniūt maiori tunc pretio, id est pretio pragmaticæ vēdi nō possunt. ¶ Quod si regulariter hoc obseruatu æquum sit postea discutimus: interim sic teneamus: cum illis, quia id est tutum, & verum esse apparet. ¶ Igitur nullo supradictorū obstāte stat regula communis, quod ad taxandum pretium iustum per extimationem prudentum virorum, non debet haberi respectus ad semper concedēdum mercatori omni aliquid lucri sed ad prædictas circumstantias est conueniendus arbitrantium oculus.

¶ His suppositis statuitur conclusio prima resolutiua questionis, nullis cuiusuis status personis siue sint mercatores ex officio, siue non, licitum est, eō quod vendant ad creditum plus accipere: quā sit iustum pretium, quod valent merces numerata pecunia venditæ tempore traditionis earum vel assignationis de præsentī, id est dictū iura est res quæ valet centū pretio præsentī, si quia vēditur ad creditū pro centū & 5. amplius venundetur. Hęc conclusio est S. Thom. ^e est D. Anton. Angeli, Syluestri, Conradi, Metinæ, Nauar. ^f est Sor. ^g est Curdubæ, est communis. Et probatur, quia tales non possunt recipere maius pretium ad creditum, quam si de præsentī venderent. Primo, quia merx siue numeretur statim eius pretiū, siue in futurum expectetur, non ideo fit maioris valoris, ergo quia venditur ad creditum non potest augeri eius pretium, sed est vendenda pretio: quo valet de præsentī, & non pretio, & extimatione mercatorum, qui propter eorum cupiditatis insatiabilitatem, aliter merces taxant dum vendunt ad creditum.

¶ Secundo patet, quia nec etiam ad confugium lucri cessantis hic queunt accurrere, quia re vera, eo quod ad creditū vēdunt nō cessat eis lucrum, tū quia parati sunt vendere etiam ad creditum prout commodius possunt, & quia non inueniunt tot emptores de præsentī soluentes: ideo vendunt ad creditum. Vnde iste qui emit ad

d Metin.
instr. cōfess.
fil. 14.

e D. Tho.
& Caiet.
opuscul. 67.
& 23. q.
77. art. 1.
& q. 78.
art. 2.
f Nauar.
Sum. Lat.
cap. 17. nu.
242.
g Sorus de
iust. & iur.
re. lib. 6. q.
4. art. 1. ad
4.

creditum non est causa quod venditor impediatur à lucrando.

¶ Sed neque ratione expensarum, aut periculorum recuperatio pretium potest mercator plus vendere ad creditum, quia ista non sunt ordinaria, & quamuis ista pericula essent ordinaria, infra dicendum est à nobis, quod ratione periculi recuperandi non potest plus exigi, quia si est periculum, caveat sibi venditor, vel non vendendo sic ad creditum, vel exposcendo fideiussores solutionis fideles. ¶ Itē efficaciter patet conclusio, quia nulla lex, vel Respublica bene instituta perscripsit aliud maius pretium pro mercibus venditis ad creditum, quam pro venditis de presenti mutata pecunia, ergo signum est evidens id non licere.

h Hostien.

Summa de

vsur. §. an

in quo.

i Nauar.

Sum. Lat.

cap. 17. nu.

243. & c.

in ciuitate

de vsuris.

¶ Secunda conclusio nec etiam licet vendere aliquod dilata solutione in aliud tempus, pretio maximo, quo valeret vsque ad illud tempus. Hęc est Host. ^b est Nauar. ^c patet, quia ratione dilationis temporis aliquid plus peteret, si sic conueniret quod est vsura. ¶ Sed admonet ibi Nauar. non esse vsurarium pactum conuenire, ut sibi solueretur pretium medium minimi pretij, & maximi quo ab emptoris tempore, vsque ad tempus in quod ille seruaturus erat, valeretur mercis siue eorum pretium cresceret, siue decrederet, quia seruaturus erat, & quia equali aleę se exponit, & non in totum.

¶ Tertia conclusio, quę est Mer. in sua instructione fol. 133. regulariter mercatores huius temporis volunt excusare suos contractus vsurarios sub titulo lucri cessantis petentes pro pecunia mutuata. 6. vel octo pro centum causantes, quod si talem pecuniam non mutuarent, cum ea negotiando suam substantiam augerent. Sed hęc eorum excusatio non est admittenda à confessoribus secundum Merinam. Primò, quia alia pecunia remanere solet apud eos, quia possunt negotiari. ¶ Secundò, quia hanc pecuniam, quam mutuunt: forte non exponerent negotiationi: sed eam pro sustentanda familia, vel in alios vsus distraherent. Et quia non semper est sibi in promptu negotiatio, aut lucrum ut ipsi imaginantur. ¶ Quartò, quia huiusmodi negotiatores nunquam suam pecuniam mutuarent, nisi causa lucri ex ea reportandi, & quia alibi tam certa spes ex ea non affulget lucri, ideo malunt eam pro interesse mutuare.

¶ Verum est inquit Merina quod si in procinctu paratam haberet mercator pecuniam ad eam inslanendum illam

tim in mercibus ex quibus iudicio expertorū erat lucrū
relaturus non esset vsura, si ab amico eam mutuo peten-
te lucrū cessans exigeret. Caterū quod nos in hac ter-
tia conclusione docemus est quod huiusmodi excusatio
lucri cessantis regulariter, & de ordinario non est admit-
tenda in mercatoribus mutuantibus.

¶ Quarta conclusio, non obstante quod prima cōclu-
sio responsiva ad quæstionem est verissima, scilicet quod
ratione lucri cessantis, non licet plus vendere ad credi-
tum, quam ad numeratum tamen in hoc casu particulari,
scilicet cum iā mercator aliquis re vera paratus erat vē-
dere merces in magna copia ementi eas pecunia nume-
rata: quam solutionis pecuniā iam pro certo destinaret
ad emendū frugiferas merces, ex quo probabiliter lucrū
sperabat si ad instātiā amici, ut ei benefaciat desistit ab
hoc contractu, ut ei tales merces ad creditum vendat, li-
cite potest cum tali amico de hoc lucro cessante pacisci,
hæc est Nauarri, & Fratris Iesepii in suis floribus: dum
non ferat totum lucrum, quia poterat forte impediri, &
propter rationes superius præactas, & patet quia hic vē-
de cessat lucrū verisimile & probabile: cuius cessationis
fuit causa sola venditio ad creditum.

¶ Alias in aliis casibus monstruosum est inquit Merca-
tor in libro de cōtractibus indulgere mercatoribus ut ra-
tione lucri cessantis maiori pretio vendant ad creditum
quam ad numeratum.

¶ Nūc superest dissoluere argumēta supra posita. ¶ Ad
primum igitur argumentum negatur consuetudinē, quæ
inolevit inter mercatores excusare posse contractū vsu-
rarium: qualis est vendere plus ad creditum, quam ad
numeratum, quia vsura est intrinsece mala, sicut neque
conluendo fornicandi inualescens fornicationem po-
test facere licitam cum sit intrinsece mala.

¶ Ad secundum iam propter rationes allatas dicimus
quod ratione lucri cessantis non potest ad creditum vē-
dens plus recipere, quia re vera non cessat sibi lucrum:
sicut forte posset cessare: si illud pretium acciperet de
presenti, quo alias pararet negotiari: si illud ad preces
petentis mutuarer.

¶ Quare respondetur ad confirmationem tertij argu-
menti,

menti, quòd non est ratio eadem, de pretium iam re-
ptum mutuante, & de differente vel concedente dilatio-
nem solutionis pretij.

Ad tertium argumentum dicitur quod neque etiam
moroso debitore potest peti lucrum quando ratio lucri
cessantis cessaret, scilicet quia cum tali pecunia creditor
non erat negotiaturus. Sic quia hic cessat ratio lucri ces-
santis propter rationes allegatas, idè non potest illud
lucrum ad creditum vendens exigere.

¶ Ad ultimum dicimus, quod copia mercatorum volen-
tium emere ad creditum, quia statim non habent pecu-
niam ad soluendum non auget de per se pretium mer-
cium: sed copia mercatorum ementium pecunia nume-
rata: hæc est quæ auget pretium mercium, quia arguit
copiam pecuniæ præsentem.

Q. 2.

¶ Deinde de rebus sub hastatione positis, quæ venales
exponuntur, ibi *in almoneda*, an quia ibi vendatur ad cre-
ditum possint pluri vendi, præsertim si sint pupillorum,
forsitan dubitabit aliquis, sed hic nulla est dubitandi ra-
tio, quia pupilli, & minores in hoc nequeunt esse melioris
conditionis aut privilegiati, quia esset vsura quam etiam
pro pauperibus exercere illicitum est.

¶ Quod si rogetur quis quale erit pretium iustum, quo
res numerata pecunia, sub hastatione vel sub auctione
vendi poterit. ¶ Respondetur quod tale ibi pretium dicitur
iustum, quòd neque iustitia vel lex civilis reprobat, sed
est quod non excedit dimidium iusti pretij, neque ab eo
deficit, itaque si possessio extra sub hastatione vendita va-
let. 100. si ibi sub hastatione vendatur: iuste poterit ibi ven-
di pro 50. vsque ad 150. tam ad numeratam, quàm ad creditum.
¶ Idem de possessionibus locatis sub auctione, quod
si excedit medietatem iusti pretij venditor vel locator
sub hastatione vendens, vel locans etiã ad numeratam, ille
excessus restituendus est. ¶ Idem de emprore si citra me-
dietetatem iusti pretij ibi ad numeratam, vel creditum
emerit, ita Corduba. q. prædicta. 84. & Mercatus *in* illa

k Mercatus
Sum.
d. contra
c. b. lib. 2.
cap. 12. fol.
64.

que excessus est restituendus à tutore minorum: si minores,
quorum possessiones vendebantur illum excessum
perceperunt: sed restituendus non est: nisi tutor sit certus
de tali excessu, & tunc si certus sit cum auctoritate iudi-
cis est

is est restituendus, ne si aliter faciat, tutor de suis propriis bonis cogatur minoribus resarcire restitutum. Quod si aliter nequeat sine incommodo suo emptori læso satisficere, illum admonitum esse curet, ut coram iudice petat id in quo læsum se esse nouit ex emptione rerum pupillorum. Quamuis etiã tutor possit ubi fuit excessus pretij ultra medietatẽ ex parte pupillorum in aliquibus rebus eorum, ibi venditis sub hastatione: si in aliis ibi venditis idem emptor citra medietatem minoris pretij emendo, damificauit minores, facere recompensationem aliquam hinc inde æquivalentiam faciendo inter minores, & emptorem.

(De questione ardua, scilicet quomodo sint taxanda pretia mercium que regulariter non inueniunt pretium de presenti, & de aliquibus contractibus contingentibus in noua Hispania in Iudis de mercimonio cocci grana nuncupati.

C A P. LXIII.

Porro & hic quæstio illa ardua, & à multis præsertim Q. 1.
 in noua Hispania controuersa obuiat, quomodo sint taxanda pretia earum mercium quæ non inueniunt pretium de presenti, cuiusmodi sunt merces quæ venduntur in magna copia, coniunctim tempore aduentus classis in noua Hispania: cuius quæstionis meminit Mercatus in suo lib. de contractibus, quam quia sub breuitate paramus expedire pro more nostro, has statuimus conclusiones.
 Quarum prima conclusio sit, in tota fere Hispania bene potest regulari pretiũ ad creditum per pretium de presenti, & ita mercatores etiam vendentes in magna copia, ad creditum merces nõ possunt eas venales exponere ad creditum, nisi pro pretio inuenibili de presente. Hæc conclusio est Mercati in de contractibus, cuius ratione affert hæc quia mercatores in Hispania licet exponant merces in magna copia vendendas ad creditũ, vendit tamen eas merces prætaxando quãlibet speciem earum seorsum pretio quo de presenti uenerunt, quia tale pretiũ de presenti reperitur communiter. Ergo tales vendentes in Hispania etiam magna copia non possunt prætermitti.